

 APOSTOLI

describentis Episcoporum,
PRESBYTERORVM, ET DIA-
CONORVM MORES ΣΗΜΕΙΩΣΙΣ
ex viginti quinque Gratiani Di-
stinctionibus excerpta. Decre-
torum parte primâ.

De Clericorum moribus, & singulari vita.

Diuus Hieronymus dedit huiusmodi Tractatui nomen,

SPECVLVM SACERDOTII.



PARISIIS,

Apud Andream Wechelum, sub Pegaso,
in vico Bellouaco: Anno Salutis,

1556.

IOANNES QVINTI-
NVS HÆDVVS, IVRIS DOCTOR,
ET ORDINARIVS IN PARISIORVM
Vniuersitate celeberrima professor, studiosis
Ecclesiasticorum Canonum lectori-
bus & auditoribus.

S.

Bis ego πρεσβύτερος, & Annis, & Ordine, neu-
tri cōuenire putari, quod superest vitæ (si mo-
dò quid superesse Deus annuit) alio trāfigere
cursu, quàm qui rectè me deducat eò, quò Chri-
sti sacerdotem, qui tanto suo satagat respondere nomini,
Sacra solummodo dantem, Sacràque docentem, toto nisu
contendere necessum est. Apinas forenses, & Aulicas
tricas (Spes, videlicet, magnas: & certamina diuitiarum)
scio grauitati & excellentiæ Presbyterorum non congrue-
re: sed & vetari. Quibus & in Exoticis Ethnicorū disci-
plinis vitam conterere nefas. Aliud igitur reliqui nihil est,
quàm nos exhortationi, lectioni, doctrinæ totos attende-
re. Doctrinæ (dico) non quæ linguam doctis humana sa-
pientiæ verbis exornet, non quæ domos nostras undiquá-
que diuitiis amplificet: At ei, quæ secundum pietatem est,
doctrinæ: quæ vitam componat, animum formet, instruat
mores, in omni denique Dei iustitia nos erudiat.

Hoc (v̄ti debeo) dum pro mea tenuitate, próque talen-
tuli mihi crediti negociatiuncula, præstare laboro, de ma-
gno Gratiani Decreto nõnulla selegi, de quibus, hõc seme-
stri, iuxta demandatum mihi docendi munus, vobiscum



Apostoli mandatum sic habet.

DE EPISCOPIS.

Ex Epistola prioris ad Timotheum cap. 3.

Idelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, Bonum opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, non cupidum: Sed suæ domui bene præpositum: Filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non Neophytum: Ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

Ex Epistola ad Titum capite primo.

Huius rei gratiâ, reliqui te Cretæ: Vt ea quæ defunt, corrigas: & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

Incipit Liber primus de rebus sacris et ecclesiasticis
de rebus sacris et ecclesiasticis de rebus sacris et ecclesiasticis
de rebus sacris et ecclesiasticis de rebus sacris et ecclesiasticis

Incipit Liber secundus de rebus sacris et ecclesiasticis
de rebus sacris et ecclesiasticis de rebus sacris et ecclesiasticis
de rebus sacris et ecclesiasticis de rebus sacris et ecclesiasticis

